



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 31. Albertus Spiræ per Cameram Imperialem proscriptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

excusaret. Tandem Augustus Alberto Sæcul. XVI.  
A.C. 1553.  
conciliabatur, operam suam impenden-  
tibus Daniæ Regis, qui ejusmodi pa-  
cem Generi sui rebus proficuum fore  
censebat, necnon Brandeburgici Electo-  
ris Oratoribus. Hæc gesta fuere die un-  
decima Septembris.

§. XXXI.

*Albertus Spiraë per Cameram Impe-  
rialem proscriptus.*

Nec tamen propterea Albertus concili- Sleidan.  
l. 25.  
Thu. l. 12.  
§ 13.  
tandis tumultibus finem imponebat;  
bellum enim contra Henricum Brun-  
vicensem movens ab eo profligatus est,  
atque accepta clade ad Brunsvicensem  
urbem revertebatur; cum autem per  
nuntium accepisset, quod Henricus aut  
illum aggredi, aut urbem cingere pa-  
raret, inde discessit, collectisque, quot  
quot potuit, Equitibus, ut suum ipsius  
adventum in Thuringia expectarent, præ-  
cepit, quinimo mox ipse eo pervenit,  
indeque Franconiam petens, Hoffium  
oppidum, ex quo antea ejectus fuerat,  
ingressus est. Sub idem tempus Brun-  
vicensis pacem cum Friderico Saxonie  
Duce inibat, ac militum suppetiis sibi  
Norimberga submissis suffultus Schwin-  
furtum obsidebat; hoc enim oppidum in  
Moeni ripa positum, validoque præsidio  
munitum adhuc dum Albertus possidebat.  
Rur-



**Sæcul XVI** Rursus igitur res ad certaminis necessi-  
**A. C. 1553** tatem pervenerat, infausto tamen Hen-  
 rici successu, unde re infecta discedere,  
 ac in patriam suam reverti, Menseque  
 Novembri jamjam ad medium vergente  
 bellicæ huic expeditioni finem impo-  
 nere cogebatur. Albertus die prima  
 Decembris a Cæsareo Spirensi Senatu  
 tanquam publicæ quietis, atque Imper-  
 rii hostis consueto ritu proscribatur,  
 ejusque vita, ac bona omnium prædæ  
 exponebantur. Is de sententia in eum  
 lata certior factus reclamabat, Episco-  
 pos insimulans, quod Judices auro cor-  
 rupissent: verum falsa ejus accusatio haud  
 quaquam obstabat, quominus Senatus  
 omnibus Imperii Provinciis sententiæ  
 executionem demandaret.

## §. XXXII.

*Caroli III. Sabaudicæ Ducis obitus.**Belcar.**comm. l. 26.**n. 26. Paul.**Jov. l. 33.**Thu. l. 2.*

Vix unicus ab Electoris Mauriti obitu  
 mensis effluxerat, cum Carolus III.  
 cognomento *Bonus* Sabaudicæ Dux Phi-  
 lippi, hujusque secundæ uxoris Clau-  
 dinæ de Brossia Filius decederet. Hic  
 diu, ac operose sceptrum rotabat,  
 inimica tamen agitata fortuna; cum  
 enim Francisci I. Nepotis sui, ac Ca-  
 roli V. Soceri sui diffidia componere vel-  
 let, eique ab alterutriusque studio alie-  
 num fovere animum haud concederetur,  
 tam